

tunc neque testamentum valeret saltem quoad contractus ipsius validationem sine licentia mariti facti, & ita tenet Tiraquel. ubi sup. n. 101. ubi n. 102. tradit extra materiam nostram quod irritum testamento, non irritatur contractus in eo positus, quod tamen intelligerem secundum Suarez in l. quoniam. q. 8. l. Regia, n. 17. & 18. pag. 221. quoties contractus ille est irrevocabilis, secus vero si revocabilis sit. quia tunc revocato testamento revocatur & contractus revocabilis est in eo appositus secundum eum ibi, & an traditione legitur transeat in donationem, vel fiat irrevocabile, vide optimè Tellu. l. 17. Tauri. n. 83. cum pluribus sequentibus, & nota secundum Suarez ubi supra. quod ut contrahi possit in testamento irrevocabiliter debet esse præfens pars illa cum qua contrahitur, & cum Suarez in hoc est communis ut per Jasonem allegatum per Tiraquellum. ubi supra. num. 102. & Alex. in lege stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligation. ubi a. n. 31. hoc aliquibus modis declarat, alias ampliationes & limitationes ad nostram conclusionem decerpere ex doctoribus hic & ex allegatis per Duenias, in rez. 151. contra illud factus ut alia declarem.

Ibi. Ni desistit. Eadem enim solemnitas, quæ requiritur in contrahendo, requiritur & in distrahendo * secundum Hippolytum plura adducendum in præf. §. Refut. num. 6. cum pluribus sequentibus, & Grammat. in decis. Neapolit. 103. n. 64. & an quamvis de distractu in præfenti non exprimeretur, distractus comprehenderetur, vide per Tiraquel. l. decima. sexta, commut. gloss. 5. contracter. n. 1. cum sequentibus pluribus, ubi num. 31. hoc declarat aliquibus modis.

Ibi. De su marito. Quid si maritus est minor 100 et 25. annorum, vide Tiraquel. ubi supra gloss. 6. n. 41. fol. 329. ubi num. 49. quærit quid est conversio si mulier est minor 25. annorum velique rem immobilem alienare, an sufficiat licentia mariti sine decreto 101 et 25. iudicis, de quo ultimo, vide per Mexiam in apparatu ad l. de Toldeo 6. fundam. 2. partis. n. 8. & 9.

Ibi. Ni dar por quito. Et sic non poterit alio 102 quem liberare pacto de non petendo et proit in terminis tenet Bart. in l. si unus §. pacto. n. 15. in prinss. de ad. ubi Oroscius in vers. 33. text. nostrum pro hoc considerat, & latè Minchaca de successione creatio. tom. 1. §. 4. n. 48. & 49. & n. 51. quærit, quid si de facto mulier faciat, an oriatur naturalis obligatio, eo denique modo non poterit repudiare donationem ei factam, secundum Suarez allegat. 3. n. 15. cessante jam opinione Pauli Cast. ubi num. 12. relatâ per textum nostrum hic, neque ibi poterit facere remissionem debiti, quoniam remissio est donatio, & sicut in donatione excessiva requiritur insinuatio, sic & in remissione debiti insinuatio requiritur, et pro communem testatur Menesius in l. præses n. 11. & 12. C. de transact. & idè sicut donationem sine licentia mariti facere non potest ut in hac diximus lege, sic neque remissionem debiti ex verbis textus.

Ibi. Quasi contracto. Cautè sunt apposta verba hæc, quia cum hæc esset materia pœnalis respectu mulierum, restringenda erat, & idè dispositum in contractibus, in quasi contractibus locum non haberet, secundum gloss. in c. decet. de immunitate ecclesiarum in 6. & Ba. rela-

tum per Suarez in rit. De las deudas. fol. 48. in princ. & in l. post rem. 8. limit. pagin. 310. ff. de re iudicata, & quod pœnalis esset respectu mulierum constat ex annullatione actus, quæ est pœna, et per text. in l. Senatus. ff. de contraben. emp. & text. in d. c. decet. ubi Archid. & alii & sic per nostram legem videtur approbata jam doctrina Bart. in l. moye. n. 1. ff. de acq. her. de qua dixi in l. 1. huius rit. & libri, dicta tamen in hac gloss. quamvis legis nostræ dispositio non esset edita, veniebant limitanda, nisi adesse iuramentum in tali quasi contractu, nam tunc si ageretur de observantia contractus, veniret & quasi contractus, quia propter iuramentum efficitur favorabilis dispositio, & idè ad quasi contractum et extendenda, secundum Avend. c. 27. pratorum. num. 1. 3. lib. 2. quod quia ad nostrum propositum nihil proderet, quoniam iuramentum nihil operatur, ut remanet dictum supra hac lege, idè iudè & cautè lex nostra verba hæc, quasi contracto, apposuit, & expressit, quod de iure examinabat latè Tiraq. in gloss. comm. num. 1. cum sequentibus.

Ibi. Ni est av en juyzo. Scilicet, neque per se, neque per procuratorem suum sine licentia mariti, secundum Palat. Rub. in Rubric. §. 68. num. 17. licet tanquam procuratoris alterius potest possessionem et acquirere sine mariti licentia, secundum Suarez. titulo De las deudas, fol. 48. pag. 2. in medio in antiquis, ubi inquit quod officium procuratoris extrajudicialis potest mulier suscipere sine licentia mariti, & tunc valent gesta per eam, prout et tenet Cifuentes hic. q. 6. licet procuratoris judicialis officium et etiam pro parentibus morbo & atate impeditis, non poterit exercere, secundum Villalobos in antinomias, vers. uxoris, n. 15. imò neque pro marito suo, secundum Castillo hic num. 30. in fine, neque pro petendo tutore filiiis secundum eum ibi, ubi num. 33. hoc ampliat procedere etiam in criminalibus pro se, neque pro alio, quod intelligerem tanquam actus, sed ut rea accusatrix bene potest adesse et in criminalibus in iudicio pro se defendenda sine licentia mariti, & ita usus obtinuit, licet jure aliud ex lege nostra defendi possit: in preparatoris vero iudiciorum bene potest comparere in iudicio sine dicta licentia, secundum Castillo hic numero 34. Quid tamen si mulier dum soluta esset constituit ad litem procuratorem, & post contraxit et matrimonium, & procurator gessit negotia ejus, nunquid valent gesta: vide per Cifuentem hic quest. 24. imò & etiam cum licentia mariti non potest nupta esse in iudicio pro alio quam pro se & suis, nè corrigamus jura antiqua & legem, titulo de las personas, p. 3. disponentia non pro omnibus posse adesse in iudicio, ut ibi vult gloss. 9. dum neque pro marito agere posse dicit.

Ibi No vala. Possunt verba hæc referri ad dicta in contractibus & quasi contractibus & distractibus, eò quod clausula in fine posita ad omnia præcedentia refertur, sed quia quamvis non referretur, ex præcedentibus colligitur, quod non valent contractus quasi contractus & distractus, idè hæc examinare non est necesse, referantur verba hæc ad omnia præcedentia: & in tantum non valent, quod neque iuramento confirmabuntur, secundum quod dictum est supra istâ lege in quinta limitatione, & hæc pro hac lege sufficiant: alia per Doctores hic videbuntur.

IN LEGEM TERTIAM Tauri 56.

Maritus potest licentiam generalem uxori sue tribuere ad contrahendum & assistendum in iudicio, omniâque virtute talis licentia per uxorem facta valida sunt.

SUMMARIUM.

- 1 Mandatum generale comprehendit speciale sine quo mandatum generale erat frustratorium.
- 2 Mandatum generale, licet detur exceptis aliquibus casibus speciale requiritur, poterit alia expediti speciale requiritur.
- 3 Licentia generalis per maritum concessa uxori ad contrahendum plus operatur quam mandatum generale cum litera. ibidem.
- 4 Mandatum continens quod possit facere idem quod ego, censetur cum libera. Ubi quod potest prorogare solutionis terminum, & numero 4. declaratur, & iterum in num. 5.
- 6 Licentia generalis præfita uxori per maritum ad contrahendum non operatur ut possit alienare rem dotalem.
- 7 Licentiam semel datam an possit maritus re integrè revocare.
- 8 Licentia concedi potest pro pluribus actibus, & tunc illa quemlibet actum de se se respicit.

Ibi. General. Facit pro determinatione opinionis Cini, in l. fin. §. necessitate n. 4. & ibi Bald. col. fin. num. 23. C. de bonis que liberis, asserentis in simili casu valere licentiam generalem ad contrahendum ad creditum datam quibuscumque & in quibuscumque contractibus, prout & tradebat Bart. in l. si quis mihi bona. §. sed utrum, col. fin. n. 3. ff. de acq. hered. & ad legem nostram applicat glossator Salmantinus in l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1036. in fine cum pluribus sequentibus, vers. dubitatur prætere: habetque notare in propositum quod mandatum generale comprehendit speciale et sine quo mandatum generale erat frustratorium, secundum Cur. Junioem in l. 2. n. 43. ff. de iurisd. om. jud. hæc dicentem communem opinionem, imò quamvis mandatum generale detur exceptis aliquibus casibus requiritur speciale mandatum, adhuc potest mandatarius expediti alia requiritur mandatum speciale et præter expressa, prout communem testatur Covar. lib. 2. variarum, c. 5. num. 8. hæc tamen licentiam generalem de qua in text. nostro ego intelligo plus operari, quam mandatum generale, nam mandatum stricte debet intelligi, l. diligenter. ff. mandati, licentia vero hæc non stricte, quia per eam reducitur mulier ad pristinam libertatem, & sic ad dispositionem juris communis, & idè nimirum si licentia generalis operetur, ut omnes casus quos mulier cum speciali licentia mariti facere poterat, possit & virtute dictæ licentiæ generalis, & idè prorogare solutionem debiti poterit & transactionem & compromissa facere, & sic hæc generalis licentia operabitur idem & plus quam operatur mandatum generale cum libera, nam virtute generalis mandati cum libera, vel cum clausula illa: Que podays hazer lo mismo que yo havia siendo presente, Quod idem est ac si cum Azevedo in Recopilacionem. Tom III.

libera et secundum gloss. l. 19. t. 5. part. 3. Afflictiis decis. 305. n. 4. & 5. & est communis secundum Jason. relatâ per Villalobos in arario suo. lit. P. n. 49. 5. quidquid contrariam dixerit communem Berouius relatâ per Menesius in transactionis placitum n. 17. C. de transactio. potest talis mandatarius mandatum generale habens cum aliqua ex dictis clausulis prorogare solutionis terminum secundum Bart. & omnes in l. qui Roma. §. Calimachus. ff. de verb. obligat. probatque text. expressus in l. 19. tit. 5. part. 3. & in l. 4. tit. 11. part. 3. & l. 6. t. 14. part. 5. quidquid contrarium tenuerit Berouius, relatâ per Villalobos in arario suo. com. opi. litera. M. n. 15. & quidquid dixerit hoc non prædicari Menesius, ubi supra, num. 8. & num. 30. nisi dixerimus, Bart. opinionem, per dictas leges partitatum approbatam procedere, quoties aliqua ex dictis clausulis vel similibus alia apponitur negotio principali et non vero instantia, prout exemplificat De do. maxime Jaso & Paulus in d. §. Calimachus, putâ quoties apponitur negotio principali & sic recuperationis debitorum, non vero si apponatur instantia litis, puta ad agendum vel defendendum in iudicio, hoc videlicet modo quod in mandato ad exigendum in principio ejus ubi datur exigendi mandatum non apponitur aliqua ex dictis clausulis, sed tantum apponitur postquam super exactiõne debiti datur mandatum ad comparandum in iudicio cum libera & generali administratione vel alia simili clausula, tunc enim non poterit prorogare terminum solutionis, quia tunc instantia litis apponitur & sic procedere possunt dicta per Berouium, & Menesius ubi supra, in declaratione dictæ doctrinæ Bartoli, & Hispanè loquendo appositam dices clausulam illam instantia & non negotio principali, quoties dicitur: T para que sobre la cobrança de lo suso dicho podays entrar y entreys en juicio y hazer todos los autos diligencias pedimientos execuciones y protestaciones y requerimientos, &c. & statim subjicit, T para ello os do y rodomi poder cumplido con libre y general administracion, y para que hagays todo aquello que yo havia y hazer podria presente siendo, &c. Hoc enim casu instantia apponitur, & non exactiõni nec negotio principali, ut enim negotio principali appositum diceretur, clausula hæc ponenda est in principio mandati, dum datur ad exigendum vel in fine, dum tamen diceretur: T para lo uno y lo otro os do y poder cumplido con libre y general administracion. Tunc enim utique possit prorogare solutionis terminum, secus vero si instantia, ut dictum est, apponatur: & hunc communem intellectum & declarationem testatur Suarez, optimè hæc exemplificans, in l. post rem. questione 6. l. Regie incipit, quia supra visum est n. 21. paginâ 344. ff. de re iudic. Secundò intelligitur dicta communis quod virtute dictæ clausulæ cum libera appositæ negotio principali, possit prorogari solutionis terminus, in illis solum, quæ non sunt maxime et præjudicialia, secus vero aliàs secundum glossam quando in dicta lege decima-nona, rit. 5. part. 3. & Covar. in Rubrica de testamentis, 2. part. n. 14. & alios ad hoc allegatos per Menesius ubi supra num. ex quibus adnotare poteris ad licentiam generalem mulieri datam per maritum ad contrahendum, tunc demum virtute talis generalis licentiæ

centia posse mulierem prorogare solutione debiti marito praestandi, quoties non est in valde prejudicialibus, prout post haec advertit Martineo hic glossa secunda, licet attentari possit virtute hujus licentiae generalis ex vi legis nostrae mulieri per maritum concessae ad contrahendum, posse mulierem etiam in praedictis hanc generalis plus operetur quam mandatum generale, idque ex lege nostra probari potest ibi. Licentia general. Junctis verbis. Et si el marido se la diere quala todo, &c. Cogita.

Ibi: Que no podia hazer sin su licentia. A contrario desume, quod illud, quod cum particulari licentia mariti mulier facere non poterat, neque poterit virtute hujus generalis licentiae, & sic prout advertit Cifuentes hic, quoad alienationem rei dotalis + licentia hac generalis non sufficit, quandoquidem maritus non potest specialem licentiam ad hoc dare ut per eum, & Campetium de dot. 31. q. 7. & quast. 103. & per regulam & limitationes declarat Cifuentes hic, sed an licentiam semel + datam possit maritus re integra revocare, vide Casianum in consuetudinibus Burg. Rubr. 4. §. 16. ad fin. versicul. pone quod parentes. fol. 182.

Ibi: Todo lo que. Hic est text. quod maritus potest dare licentiam pro pluribus actibus faciendis ab uxore, & tunc illa licentia respicit quemlibet actum de per se + secundum Antonium Gomez tomo 2. cap. 11. numero 16. versic. quarto confirmatur, ubi plura similia allegat & hoc pro hac lege, cetera per Doctores hic videbuntur.

IN LEGEM QUARTAM. Tauri. 57.

Judex causa cognita potest compellere maritum licentiam praestare uxori ad faciendum illud omne quod sine eius licentia facere ipsa uxor non poterat, alias ipse solus judex eam praestare potest.

SUMMARIUM.

- 1 Marito veniente licentiam uxori praebere ad contrahendum potest ejus superior, ut compellat eum, aliter ipse praestabit.
- 2 Res aliqua quoties sine alicujus consensu explicari non potest toties potest ex causa per judicem cogi.
- 3 Licentia huic mulieri per judicem praestanda debet esse cum causa cognitione, debetque in instrumento licentia fieri mentio de ipsa causa cognitione ut num. 4. & n. 5. ampliatur.
- 6 In hac causa cognitione quid versabitur. & 9.
- 7 Praescriptio currit contra mulierem nuptiam marito argente ad inopiam.
- 8 Licentiam in dubio praesumitur ex justa causa datam fuisse per judicem.
- 10 Judicium non solum redditur in invitum reum, verum & in invitum actorem.
- 12 Praescriptio an currat in dotalibus contra mulierem vivente ejus marito. an in paraphernalibus, & usque ad num. 20. prosequitur & num. 17. limitatur.
- 15 Impedito etiam impedimento juris & ex sua factio non currit praescriptio.

- 15 Praescriptio non currit antequam incipiat actio competere. ibid.
- 17 Praescriptio neque in donatione propter nuptias currit, neque in arbitrio durante matrimonio.
- 21 Praescriptionem esse inceptam vel non, ante matrimonium quis renebitur probare.
- 22 Doti favendum ubi sunt opiniones.
- 23 Res dotalis qua dicatur, remissiva.
- 24 Superiores prius debent compellere inferiores ad aliquid faciendum, quam supplicent illorum negligentiam.
- 25 Judex supplere potest defectum mariti sicut tutoris.
- 26 Et sic supplet tutoris defectum ut denegetur beneficium abstinendi.
- 27 Non solum respectu inapuberis sed & infantis, & num. 28.
- 29 Declaratur hac, cum num. 29. duobus modis & num. 30. an idem sit si tutor est negligens.
- 31 Appellari potest si judex non praebet licentiam uxori in defectum mariti ad contrahendum vel in judicio comparandum.
- 32 Maritus appellare non potest a licentia praestata per judicem.
- 33 Licentiam semel a marito vel judice praestitam an sit licitum revocare.

Ibi: Elvez. Justa fuit ejus dispositio ut plurimae maritorum cautelae evitarentur nolentium injuste uxoris licentiam ad contrahendum concedere, sed videtur dispositionem hujus legis superfluum esse; habemus enim de jure quod viro sine causa veniente uxori hanc licentiam praebere, potest ejus superior adiri, ut compellat + ad consentiendum & in defectum ipse superior praebet eam, secundum Abb per text. ibi, in cap. nullus num. 1. de jure juran. & ex Bart. & Doct. in leg. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matrim. & ex notatis per Palatium Rub. in Rubr. §. 22. num. 5. & Suarez in titulo De las dotes. 8. limitis per totam folio mibi. 50. & trahebat Addit. Abbat. in dict. c. nullus litera. C. num. 1. plures allegans, quoties enim res aliqua sine alicujus consensu + explicari non potest, toties potest ex causa per judicem cogi, ex text. in l. cum non solum. §. necessitate. C. de bonis qua lib. sic adnotante Petro Costal. in d. §. eo autem tempore, & ex allegatis per Castellum hic gloss. fin. igitur superflua videtur legis nostrae dispositio. Quid dicendum? & in excusatione hujus difficultatis, veraciter respondebis, nihil adesse superfluum in lege nostrae, ex eo quod legem non habemus de jure Civili, neque regio sic disponentem & declarantem approbantemque opiniones Doctorum sicut ista nostra, & sic superflua non est.

Ibi: Conocimiento de causa. Prout in lin causa. §. causa cognita. ff. de minor. disponebat in aliud propositum Jurisconsultus, debet enim licentia per judicem praestanda + cum causa cognitione praestari, aliter enim actus est nullus secundum Bal. & Paul. in l. sed & si lege. §. praeo. ff. de in jus voc. & tradunt relati per Tiraq. in legibus consub. gloss. 8. De son mari. num. 121. & 120. debetque de ipsa causa cognitione fieri mentio in instrumento ipso licentiae + concessae, & virtute ejus, quis obligatur secundum Bart. in l. si curatorem habens. num. 8. C. de in integrum res. & in l. bonorum la. 2. C. qui admitti, ubi hanc Angel. dicit verum. 5. &

ram opinionem, & Decius. 1. lectura. col. 1. num. 1. & 2. lectura n. 31. communem testatur Alex. cons. 103. num. 13. part. 2. & tenet Anton. Gom. romano secundo. cap. 14. numero 13. licet contrarium tenuerit Specul. relatus & sequutus per Bal. in dicta l. bonorum, quamvis si bene inspiciatur Specular. non tenet contrarium, si bene intelligatur prout illum intelligit Alexan. consil. 125. numero quinto. volumine 1. pro qua Bar. opinione est text. noster expressus, dum probat causae cognitionem adhibendam, de hoc tamen constare non potest nisi informatio fiat & de ea in actis appareat, secundum Jas. in l. 2. num. 5. ff. de officio ejus, cui neque obstat glossa in contrarium allegata in l. si ver. omnia. C. de fide instru. lib. 10. & in l. actor. verb. omnino. ff. rem ratam hab. quas allegat Bal. in l. cum hi. §. si praeo. ff. de trans. quia communiter haec glossae reprobandur, secundum Jas. in l. sciendum. num. 5. ff. de verborum obligat. & ad hoc causae cognitio per informationem requiritur, ut procedat five ex tali informatione tertius ledatur, five notis, contra Decium in dicta l. bonorum, lectura 2. numero 32. aliter enim a communiter accidentibus non posset dari casus, quin tertius lederetur, & sic quasi de nihilo supra dicta fervirent, & in hac causa cognitione versabitur, + an bene vel male maritus degeret licentiam hanc praestare, ut apparet ex dictis per dictos Doctores, puta si dum mulier vult durante matrimonio alienata ex bonis suis paraphernalibus per maritum revocare, ne in eis curat praescriptio sibi, ut infra dicemus, & sic in effectu exemplificare voluit Covarruvias libro primo variarum resolutionum, cap. 8. num. 8. val cum maritus pervenit ad inopiam, quo casu cum & tunc currat praescriptio, + ex communi asserta per Villalobos in arario communium opinionum in litera D. in n. 206. cum pluribus sequentibus, in iis & similibus casibus si maritus degeret licentiam, male agit; & sic tunc judex praebit adhibita de hoc dicta causae cognitione, prout & in l. 2. hujus tituli diximus in gloss. hae. or. in finali ampliatione; aliam causam decerpere ex lege sexta infra eod. quando maritus est absens & nescitur ubi sit, & uxori convenit contrahere pro filiorum sustentatione, vel pro alia causa, & in dubio censendum est ex justa causa datam fuisse licentiam, + & decretum judicis intervenisse secundum Jas. in l. 2. numero 6. ff. de officio ejus cui est mand. jurif. & cum ut vides causae cognitio requiritur, versabitur circa plurima: primo enim versabitur in citatione. adhibenda + mariti praesentis, renitens licentiam hanc praebere, secundum Bart. in lin causa. §. causa cognita. ff. de minoribus: secundum ut litigantium jura exaudiantur, secundum Soc. seni. con. 32. colum. pen. libr. 1. Tertio, ut judicarius ordo observetur, neque enim festinanter & ex abrupto procedi debet, secundum Ant. de Buc. in cap. auditus. 2. de electione. Quarto termini sunt statuendi, intra quos possint partes suas adferre probationes, secundum Signorol. con. 203. n. 5. Ultimo hinc inde sunt exaudienda exceptiones & replicationes si quas partes adducere volunt, secundum Paulum in l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de jurejur. Ruinum. in con. 127. n. 19. lib. 5. prout haec & alia alios allegans refert Menoc. de arbit. jud. quast. lib. 1. q. 19. per totam, hanc tamen marito praesente & contradicente licentiam praebere intelligo, eo tamen

absente & ob debita fugitivo sufficit ad licentiam hanc praestandam summariè & absq; ejus citatione de absentia & paupertate ob debita deveniente constare, ut in judicio possit talis uxor comparere ad opponendum se pro dote & bonis suis adversus creditores mariti volentes bona mariti inter se dilacerare, prout experientia quotidie videmus praestari in hoc ultimo casu licentiam comparandi in judicio, licet ad contrahendum, non sic concederetur, nisi adhibito prius defensore pro parte mariti absentis, ut exaudiat in hac causa cognitione, non vera sit uxoris petitio, & relatio, & sic consulerem fieri, licet in omnibus iis breviter & cum brevi termino procederem.

Ibi: Compela. Ex iis verbis notat Castillo hic in principio, hic esse text. probantem non solum judicium reddi in invitum reum, sed & in invitum + actorem idq; mirabile reddit, & alia ibidem allegat: ego tamen aliud colligo ex lege nostra & in praxi conducibile & honorificum, scilicet, quod etiam in bonis dotalibus currit jam praescriptio + mulieri nupte vivo marito, in correctionem legis in rebus. C. de jure dot. cum enim mulier hac nupta possit per text. hic, maritum compellere ut praestet sibi licentiam existendi in judicio, sitq; tunc in potentia petendi rem dotaalem a marito alienatam, non potest dici esse impedita ut praescriptio non currat, & sic ne currat, justa de causa poterit petere dictam licentiam existendi in judicio, quam si maritus denegaverit, judex praebit quod si uxor petere distulerit, curret utiq; sibi praescriptio, & sibi imputabit mulier haec negligentiam hanc; prout in paraphernalibus imputatur, & currit praescriptio, + ex dictis per Cov. dicto lib. 1. variar. c. 8. n. 8. & Negul. de pignoriibus. 6. p. memb. 2. num. 4. fol. 75. in parvis & ipse Covar. text. nostrum ad hoc considerat & allegat, sicut & currit praescriptio mulieri non agenti ad dotem postquam maritus ad inopiam vergit. Nam cum agere tunc possit, iustaque causa petendi licentiam ad hoc sit inopia mariti, ut probatur ex l. 29. titul. 11. p. 4. & 8. tit. 29. part. 3. sibi imputet, prout & videtur tenere Pal. Rubens in reper. c. 3. fol. 63. & Suarez titulo De las deudas, 8. limitat. per totam fol. 50. pro qua opin. facit doctrina Fabri, relati per Suarez. l. 9. t. 11. lib. 3. fori. fol. 76. pag. 2. in fine, & quod tradit Boer. dec. 328. n. 4. & 320. nihilominus tamen circa res dotalis durum esset hoc in practica obtinere, imò nunquam vidi + neque audivi obtentum, neque verum est in eo judicio, tum quia in dotalibus de jure habemus quod nulla mulieri currit praescriptio + durante matrimonio, eo quod mulier est impedita vivo marito agere, ex l. in rebus. C. de jure dot. & text. in d. l. 8. tit. 29. part. 3. tunc etiam quia nulla potest assignari causa sufficiens ut mulier possit maritum compellere licentiam sibi praestare, sed potius potest dari ratio in contrarium ad hoc ut maritus non compellatur consentire vel licentiam praebere, eo quod maritus dominus est & possessor rerum dotalium, ideo nimirum si alienet in vita uxorem, dareturque aliter occasio questionibus & rixis inter maritum, & uxorem, si mulierem compelleremus agere, ut praescriptio non curreret, quod esset adflicta ad contradicendum alienationem rerum dotalium per maritum factam; neque ratio illa quod

si peccatur dissolutio matrimonii, fortassis mulier hac non reperiret probationem est sufficiens ad compellendum mulierem petere in vita mariti. cum hoc in favorem ipsius mulieris induci sit, & favor hic non est in ejus odium retorquendus, neque correctionem juris inducere debemus ubi non reperitur inducta, sed potius vitanda est omnibus modis item & quia regula illa, impedito agere non currit prescriptio, procedit etiam impedimento juris quantumvis tale impedimentum processerit culpa seu facto impediti, secundum Balbum in *Tractatu de Prescriptionibus*, 6. parte principali in prin. casu. 22. num. 21. & prescriptio non currit antequam incipiat actio competere, sicut in fin. principii. C. de prescriptione. 30. annorum sed mulier hac per legem hanc, (quamvis daretur licentia petendi à marito) caret actione, quia non est domina rerum dotalium ulqueque matrimonium dissoluta ut, imò & eo soluto est maximum dubium an acquirat dominium sine nova traditione, ut patet ex Campetio, in *Tractatu de dote* 1. part. questione 94. igitur cum actione careat, merito quod non curat in dotalibus prescriptio durante matrimonio. Item & quia si aliud assereremus, plura alia resulterent inconvenientia, quae ex Suarez, allegatione tertia, fol. 123. in antiquis, colligi possunt, & sic quod in dotalibus non currat prescriptio durante matrimonio in terminis nostrae legis quasi eam videret tenet Balb. de prescriptione. 1. part. 6. partis princip. 16. casu. fol. 63. ubi ampliat etiam si esset prescriptio 30. vel 40. annorum, & licet secundum eum, ibi, & gloss. verb. *in dote*, in lege octavarum. 20. part. 3. si antequam res alienata esset dotalis prescriptio inciperet contra eam, etiam durante matrimonio, perici possit, & idem tunc posset compelli maritus licentiam praebere ad eam petendam, vel si maritus ad inopiam vergit, ex dicta lege octava prout loquitur Palat. Rub. ubi supra, pro prima allegata us opinione, & hanc secundam etiam tenuit glossa in l. 8. tit. 29. part. 3. & Boeri. decision. 328. num. 8. & ita tenet quod in rebus dotalibus per maritum alienatis prescriptio non currit durante matrimonio, etiam lege nostrâ attentâ, neque iudem curret in donatione propter nuptias neque in aris, secundum gloss. mag. in lege 1. tit. 11. part. 4. quaequid dixerit Mexia. in l. de Toledo, in 9. fundamentis 2. part. num. 95. fol. 92. imò & in paraphernalibus alienatis per maritum tentari posset idem esse cum & in eis jam sicut in dotalibus maritus habeat administrationem, secundum gloss. in l. 6. tit. 11. part. 4. versic. *quod anno. volum. 4. in prin.* & Palat. Rub. in Rub. §. 68. n. 16. vers. *modo isto*. fol. 49. col. 2. quod tamen non ita audeo affirmare sicut in dotalibus, praesertim existente autoritate Covarr. ubi supra, in paraphernalibus prescriptionem curtere asserentis, & voluit glossa. *En dote*, in l. 8. tit. 23. part. 3. dum allegat Fab. & Abb. pro hoc & Suarez in tit. *De lus dotalis*. §. *quaro ulterius*. fol. 56 & tetigit Cifuentes in l. 55. *Taur* 3. in fin. prout & tenuit Gom. Leon. in *sua centuria informacionum*. c. 16. n. 8. dicentes quod circa alias quam res dotalis prescriptio procedit eò quod per legem partitâ 8. r. 29. part. 3. solum res dotalis excipiuntur, in quibus rebus dotalibus Ar-

ras & donationes propter nuptias ego comprehendendo: Et sic ex dictis defamo regulam, scilicet, quod in rebus dotalibus per maritum alienatis durante matrimonio, non currit mulieri prescriptio dum matrimonium dotalis, & sic non potest compelli maritus praebere licentiam ad petendum bona haec ex l. *nostra*, quod & in aris & donatis propter nuptias procedit. Limitatur tamen hac conclusio ut non procedat in bonis paraphernalibus. Secundò limitatur ut & in dotalibus non procedat, si ante matrimonium incepta fuit prescriptio Tertio, non procedit marito vergente ad inopiam ut ex dict. patet. Sed est dubium singulare de quo jam vidi dubitatum in propositum rerum dotalium, ponamus enim quod vidua quaedam solum matrimonio petiit à quodam tertio rem dotalem à marito suo durante matrimonio alienatam, tertius verò ille se defendit, quod habet & possidet eam titulo & bona fide per spatium. 30. vel 40. annorum, & sic est effecta sua & prescriptio jus si quod vidua illa in re illa habuit aliquando, dubitatum fuit, num ad excludendum mulierem illam esset satis probare dictam possessionem & prescriptionem quadragenariam simpliciter, an verò esset necesse probare per hunc possessionem, prescriptionem illam esse inceptam ante matrimonium contractum, vel eo soluto, vel an ipsa tenebitur probare toto illo tempore non fuisse, vel tanto tempore durante matrimonio, quo annuato prescriptio non potuit currere, neque impleri, & videbatur quod mulier tenebatur id probare, quia videtur esse fundamentum suae intentionis, item quia prescriptio probata interruptio vel non cursus ejus debent probari per excipientem, nam quando locus vel tempus est fundamentum intentionis, debet probari per Bart. doctrinam in l. de pupillo. §. *Sed in probari*. n. 1. ff. de novi. op. nunt. de qua doctrina plura dicit Tiraq. de nobilit. c. 37. n. 74. & 75. cum seq. sed iste possessor replicando quod prescriptum habet jus & probando tempora prescriptio necessaria interim quod de interruptione, vel non cursu non constat habet fundatam suam intentionem; quia reus non clarè probat suam exceptionem, & idem uti actor qui non clarè probat suam intentionem, succumbit. l. 1. §. l. in exceptionibus. ff. de probat. & pro hac opinione videtur text. in c. illud. & melior in c. auditis. de prescriptionibus; neque obstat quod non dicitur prescriptio inducta interim quod matrimonium durat, quia illud verum, si consliterit tempore matrimonii contracti, inceptam prescriptionem & matrimonium tanto tempore durasse, quod eo dissoluto impleri non poterit, secus verò aliàs, quoniam tunc potuit prescriptio incipere ante matrimonium, vel eo soluto, & perici, & sic mulier tenetur probare ad prescriptionem excludendam non potuisse incipere nisi jam matrimonio contracto, quoniam tempore matrimonii contracti possidebat rem illam & in dotem ei fuit praestita, & tali tempore maritus mortuus fuit, & haec pro prima opinione in contrarium verò, imò quod prescriptio in hoc casu allegans tenetur probare ante matrimonium fuisse inceptam, vel eo soluto transisse tantum tempus in quo perici poterat, neque mulier aliud probare tenetur quam rem fuisse

fuisse dotalem, facit quia dicta prescriptio non currit nisi ante matrimonium contractum incipiat vel eo dissoluto, ergo ante nulla prescriptio datur neque currit, & si non currit, necessarid fatendum prescriptionem allegantem teneri probare necessaria, ut prescriptio currere possit, neque interruptionis est necessaria probatio, ubi nullus datur prescriptionis cursus, arg. l. in rebus. C. de jure doti. Etiam quia in ambiguis pro dote judicandum est, per l. in ambiguis. ff. de ju. do. & ubi sunt opiniones dote favendum est secundum Camp. de dote. r. p. q. 80. n. 5. item pro hac secunda opinione faciunt dicta per Maran. in l. ut potest n. 199. ff. de neq. her. & in l. si actor n. 78. cum 3. seq. ff. de proc. & per Capolani plura in fili de tempore probatio allegantem, de jure. resp. prad. c. 9. n. 14. vii 4. seq. & probatur haec opinio ex dictis legibus, ubi ex eo tempore opponitur. §. 18 in fin. l. 29. part. 3. facitque doctrina Mat. de afflictis. decis. 387. n. 2. & 3. & haec secunda mihi magis applaudet, licet, ut omnem tolleres scrupulum si probari posset, probarem dicta in prima opinione pro muliere rem suam dotalem petente: & quae dicitur & res dotalis vide jura per Ant. Gom. in l. 55. *Taur* num. 27 & 20. allegata.

Ibi. *Et sic simpliciter* Hic est text. probans superiores prius debere compellere inferiores ad aliquid faciendum, & quàm suppleant defectum illorum, secundum gloss. *Suffragari*, in c. 1. de probat. lib. 6. & est text. & ibi notat Abb. num. 21. in c. non jam dudum. de pra. Idem Abb. in c. relatum. num. 5. & in c. tua. num. 3. de clerico non resident. & archid. in c. hortanum. 7. dist. & gloss. pen. in c. quantum. in fin. de magistris. & ita est intelligenda Rub. de supplend. neglig. prad. & pro hoc confidero novillimè text. nostrum in is in verbis.

Ibi. *One el juez solo*. Et sic est text. hic quod iudex potest supple defectum mariti sicut & supplet defectum tutoris. & ut in l. si infans. C. de jure delib. non solum in additione bonorum possessionis, verum & in hereditatis, secundum Rom. in l. de Pupillo ff. de novi operis. & sic iudex solus supplet defectum tutoris ad hoc ut impubes non habeat beneficium oblinendi, & ad imitationem legis, *impuberibus*. ff. de acq. her. tenet gloss. *constat* in l. restituta. §. fin. ff. ad Trebell. & gloss. in l. si impuberi. ff. de turo. & cura. datus ab iur. Et ibi Bart. & gloss. in §. neque inf. de auctoritate praestanda. Rom. Alex. & Aret. in l. pupillus. ff. de acq. hered. & licet iste sit passus dubius, secundum Jal. in l. bonorum. la. 2. num. 10. C. qui admitti, tamen ista est communis opinio. secundum Decium. *ibidem*. lect. 2. num. 28. licet contra teneat Ang. in die. l. Restituta. §. fin. & in l. cura. C. com. delegatis. & Paulus in d. l. bonorum. que quidem communis vera est, non solum respectu impuberis sed, etiam respectu infans, secundum Fulg. Alex. & Decium in d. l. bonorum & Aret. & Rom. in d. l. pupillus. licet contrarium teneat Bald. Sali. Ang. & Jal. *ibidem*, hoc tamen verum est, quando impubes non haberet tutorem, secus si haberet, nam tunc per autoritatem iudicis non suppletur & defectus tutoris. secundum Bart. in l. si curatorem habens. C. de in iure. respit. com. secunda. m. Decium. in d. l. bonorum. 1. lect. col. 2. ad fin. & Jal. *Arcevedo* in *Recopilacion* nem. Tom. III

fo. n. 7. item intellige in iudicio voluntariae jurisdictionis. Secus si contentiose, nam tunc non supplet iudex tutoris defectum, & secundum Bart. in d. l. si curatorem habens. & Bald. in d. l. 29. bon. col. ubi Decius communem dicit; & alio modo etiam declarat ibi Bald. in d. l. si curatorem habens: quid tamen si tutor sit negligens, & dico quod tunc potest iudex interponere & decretum suum ad supplendum ipsius negligentiam secundum Ang. & Odofredum, in d. l. bonorum. cuius tamen contrarium Jaso. & Fulgus *ibidem* tenent, imò quod tunc iudex compellet tutorem tantum. Possunt tamen ex l. *nostra* concordari, scilicet, quod si tutor negligens est in autoritate praestanda, compellet eum iudex, & sic loquitur Fulgus & Jal. Si verò ultra negligentiam addit maxima perseverantia tutoris nolentis absque causa legitima autorari, tunc iudex adhibita causa cognitione supplebit tutoris defectum & sic procedat prima Angel. & Odofredi opinio, & ex is iuste lex nostra disposuit quod si maritus sine causa noluerit dictam licentiam uxori suae praestare, iudex compellet eum, & si noluerit, iudex supplet defectum mariti adhibita causa cognitione, in quo approbatur opinio Bart. & aliorum. in l. si cum dote. §. eo autem temp. ff. solut. mar. Decentium quod si vit nolit ab initio uxori utiliter contrahenti consentire, iudex examinet causam contradictionis, & si est iusta, bene quidem, si minus marito nolente, iudex permittit mulieri contrahere vel in iudicio comparere, & hanc sequuntur multi DD. relati per Tiraq. in gloss. 8. de son mari. li. com. n. 27. cum seq. & n. 131. hanc assererat veriorum & communiorum quam per legem nostram vides approbatam.

Ibi. *Se la pueda dar*. Non intelligas quod sit in arbitrio iudicis marito sine causa nolente dictam licentiam uxori suae praestare, eam praebere adhibita causa cognitione, sed quod omnino tenetur iudex id facere, aliàs potest ab eo appellari, & prout patet ex dictis per me in gloss. 1. huius legis. & secundum Castillum hic in gloss. fin. ubi ipse optime inquit, quod tunc expensis ipsius mariti appellatio prosequitur. Si maritus ipse appellaverit à licentia praestata per iudicem, nam potest maritus ob hoc & appellare, secundum eundem Castillum, *ibidem* in fin. verbis. & sic quod verbum, *potest*, nostri text. inducat necessitatem, non est enim contra jus quod hoc importet necessitatem, etiam si simpliciter ponatur, & nulla praecedat negativa, secundum gloss. & DD. in c. beneficium de Regularis Juris in 6. & Jal. & DD. in l. Gallus in primo man. ff. de lib. & post. verbumque *pueda*, nostri text. si bene inspicitur, non refertur ad liberam potentiam iudicis in praestanda licentia, sed ad id tantum, scilicet, ut si maritus nolit, ipse iudex suppleat. Et an licentiam semel à iudice vel marito praestitam licitum sit revocare & vide Cassaneum in consuetud. Burg. r. destruis. Rub. 4. §. 1. in text. sans licence. n. 3. fol. 130. col. 3. in fine, & iterum eo tit. & Rub. 4. §. 7. num. 3. fol. 163.

IN LEGEM QUINTAM

que erat Tauri. 56.

Maritus gesta ab uxore sine ipsius mariti licentia potest ratificare specialiter vel generaliter.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio dubitandi & decidendi, in principio declaratur.
- 2 Licentia vel qualitas ad actum aliquem requisita debent actum precedere, & n. 3. quod nec ratificari potest.
- 4 Licentia ubi ad evitandum præjudicium eam prestare debentis est danda, sufficit post actum sequi.
- 5 Ratificatio locum habet etiam in iis, que speciale requirunt mandatum, nisi ut ibi, n. 7.
- 6 Annullatio actus favore alicujus inducitur potest per eum confirmari.
- 8 Ratificatio non habet locum si medium est inhabile vel extremum ad quod, ut ibi.
- 9 Gesta per procuratorem revocatum quando ratificari possunt, ut videntur.
- 10 Regula ratum, & Reg. jur. in c. declaratur, & r. 1.

Ibi, *El marido*. Ut ejus intentionem percipias, inherendum est in primis, que fuerit hujus legis ratio dabitanda, & dicendum, eam scilicet esse, quia quando de jure civili requiritur licentia ad aliquem actum, ut actus valeat, necessarium debet et licentia precedere, ut diximus l. 2. *glos. licentia supra isto tit.* & lib. communemque testatur, *Jal. in l. universa. num. 8. C. de precibus imperat. offen.* qualitasque ad actum requisita debet actum precedere, ut per Bart. in *lexconsuetud. in princ. ff. de excus. tutorum, num. 10.* Imò non valet actus si aliter fiat, quamvis ratificetur, eò quod quoties actus à principio est nullus & vitiosus, ratificari non potest, neque convalescere, & secundum Rebuff. in *praxi. beneficiorum, tit. de forma. dmi. lit. num. 12. & n. 11. pag. 20.* ex hoc aliqua infer. & *Did. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. ord. col. 1. 3. 4. in fin.* idè pro ratione decidendi, dicendum est quòd cum nullitas hæc actus facti non præcedente licentiâ mariti respiciat ipsius mariti favorem vel præjudicium, nimirum quòd ipsius ratificatio valide actum illum possit, ex dictis per *Bacem de dote, cap. 10 n. 67.* & per Doctores in *gloss. sequenti, allegandos*: contra hoc tamen facit quòd lex hæc resistit huic contractui sine mariti licentiâ factò, ergo si resistit ei ratificatio illius in ejus favorem vel præjudicium prohibetur, nihil operabitur secundum *Tiraq. in legibus comm. glos. 8. n. 98.* igitur pro ratione decidendi, dicendum est, quòd idè valet hæc ratificatio, quia non ad substantiam actus licentia hæc requiritur, sed ad evitandum præjudicium mariti, quo casu sufficit licentiâ post actum sequi, secundum *Paulum Cast. in l. cum darem §. si cum eo tempore ff. solut. mar. & in l. licet ff. de jud. notat ad legem nostram Villalobos in sua Aminoia. ver. uxor. in num. fin.* & hæc credo veram rationem decidendi, cum ex legibus nostris licentia hæc mariti non detur ad authorizandam personam uxoris, sed ne marito præjudicium resulet ex contractu per uxorem suam absque ejus licentiâ factò, &

post hæc vidi Matien, hic in glos. 1. hæc sub nube considerandum.

Ibi, *Pueda ratificar.* Nam cum generalis licentia mariti sufficiat, secundum legem 3. *supra co.* nimirum quòd ratificatio locum habeat, imò & quantumcumque specialis ad quemlibet actum requireretur, adhuc locum ratificatio haberet, quoniam & in iis que mandatum exigunt & speciale, ratificatio locum habet, & admittenda est, ex text. in *ca. in de jur. jur. lib. 6. quem ad hoc allegat Ang. in l. neque filius C. de rebus cred. & Cov. lib. 3. var. c. 16. n. 5.* quod intelligi, si antequam contradicatur actus ille & de ejus nullitate allegetur, ratificatio fiat, prout *sup. in l. 1. ver. licentia remanet dictum*: proceditque ratificatio hæc ex eo, quòd in omnibus casibus in quibus contractus rescinditur vel annullatur favore alicujus vel pro ejus præjudicio citando, ut inquit *Ant. Gom. in l. 5. Taur. n. 6.* eo volente potest confirmari & validus effici actus & ille, secundum eund. *Ant. Gom. tom. 2. var. c. 2. n. 2. in in fin. ubi ex hoc plura infer. & Did. Per. lib. 3. ord. col. 10. 35. in princ.* & fuit doctrina *Innoc. in c. prudentiam, num. 5. de off. deleg. & Abb. ibid. num. 19. & Bald. n. 3. & Felin. in c. sent. n. 7. de simonia* quod intelligitur verum nisi licentia illa certo tempore requireretur, nam tunc non sufficeret post tempus & illud ratificari, secundum *Bar. in l. in C. ad Macedonianum. & in l. quid ergo in princ. ff. de his qui norantur infamia. Ant. Gom. tom. 2. c. 11. n. 30. ver. ex quibus & eundem Bar. in lexconsuetud. in princ. n. 10. ff. de excus. tutorum, faciuntque dicta per *Avend. l. 2. cap. pra. n. 13. ver. 8. requisitum lib. 2. & Suarez allegacione 12. fol. 147. pag. 2. in antiqui. præsertim si statim quod licentia adhibetur est exercendus actus ille, quoniam tunc adesse debet, secundum *Fel. in c. cum te n. 18. de rescriptis ex gl. constitutus q. 1. col. 2. de arate & qualitate, sed cum in materia nostra licentia generalis sufficiat ante five post actum factum, nihil obstant supra dicta, quin ratificatio locum habeat facta antequam contradicatur actus ille: ex quibus omnibus & aliis semel in causa beneficiâ & magni valoris consulis respondi, reservationem quandam & gratiam uni concessam unius præbendæ non valuisse quantumcumque ratificata fuit per resignantem, utpotè quia tempore concessionis gratiæ ipsius resignatio revocata fuerat à resignante, & mandatum ad resignandum præstitum & notificata fuit revocatio in tempore resignatorio & in camera Apostolica, quod sufficit, ex notatis per *Reb. in praxi. benefic. tit. de revo. mand. procur. neque fuit in potestate resignantis gratiam illam virtute mandati revocari obtentam post ratificando valide, prout in simili inquit Rebuff. ubi sup. tit. ratione persona & rei. n. 20. pag. 505. & Rebuff. ibidem tit. de infirmitat. resignant. gl. 10. n. 5. p. 519.* ubi ita expresse tenet, & faciunt dicta per *Asl. in decis. 355.* & quia si medium est inhabile & non habet locum ratificatio, secundum *Addit. Bar. in l. si uxor. §. si quis uxorem lit. era C. ff. de adult. & idem si extremum ad quod est inhabile, ut per eundem *Bar. in l. si qui pro empitore. n. 14. & ibi *Jal. 127. ff. de usufructione pro empitore.* concessionis tamen tempus dictæ præbendæ, est extremam ad quod, & idque est inhabile, quia per resignantem resignatio fuit revocata, ergo nihil operatur ratificatio. Neque obstat dixi, gesta per procuratorem revocatum posse ratificari in præjudicium*****

præjudicium ratificantis & tunc quia hoc locum habet nisi certo tempore consensus & licentia requiratur, item & locum habet hæc doctrina quoties ille actus, si à quocumque factus fuisset ratificari possit & esset in potestate ratificantis illum ratificare, secus aliàs, secundum *Fel. optimè in c. ex parte decani. n. 25. de rescriptis.* Resignanti tamen nulla datur potestas, ratificandi gratiam nullam, quia non est in ejus potestate eam concedere, igitur & sic in facto consului: sed contra nostri text. dispositionem propono difficultatem unam: certum est enim, quòd ratum quis habere non potest quòd ipsius nomine non est gestum *ex reg. v. num. de reg. sup. lib. 6.* hic tamen præsupponitur non nomine mariti factum esse contractum, sed uxoris nomine potius, quomodo ergo ratum illum maritus habere potest, cum sit contra dictam regulam? idè dicendum est quòd regula illa non oblatio enim procedit in ratificantis præjudicium, in ejus namque præjudicium dicta ratihabitio locum habet, secundum *Bar. in l. aliena res. ff. de pig. actio. eundem Bar. in l. 1. §. sed & si cum quis ff. de vi & vi arm. & Petrus Pekius de reg. v. num. 4. & melius n. 7. ubi declarat, verum quoties scilicet non verò si secundum errorem & ignorantem approbat, hic tamen in præjudicium mariti potest resultare contractus ab uxore gestus, & in ejus præjudicium potest illum etiam non suo nomine gestum ratificare, & sic cessat regula illa, de cujus etiam intellectu vide *Bart. in l. 1. num. 4. Cod. si in communi eademque causa & in integrum restit. post.**

IN LEGEM SEXTAM.

que erat 59. Tauri.

Marito absente & de proximo non venturo vel imminente periculo, adhibita causa cognitione legitima vel necessaria, vel utilit uxori, iudex ipse licentiam huic mulieri præbere potest, valetque actus virtute illius licentiæ factus.

SUMMARIUM.

- 1 Absentia mariti ut iudex det licentiam uxori ad contrahendum, an sufficiat abesse à loco contractus vel iudicis, & n. 2. & 3.
- 3 Abesse non dicitur qui propè est, aut statim rediurus.
- 4 Ratificatio iudicis, an sicut mariti post actum à muliere factum idem operabitur.
- 5 Ampliatur l. 1. supra eod. per nostram.
- 6 Absens & præsens non consentienti equiparantur & n. 7. quòd videtur contradicere absenti.
- 8 Spectandus quoto tempore esse maritus absens pro licentiâ præstanda uxori contrahenti.
- 9 Defensor absenti existenti in paribus longinquis statim ponendus est.
- 10 Probario debet esse plena etiam si causa sit summaria.
- 11 Citatio an requiratur in hac cause cognitione licentiæ præstanda per iudicem mulieri nuptæ ad contrahendum.
- 12 Ratio dubitandi nova ad legem nostram.
- 13 Preparatoria iudicii potest iudex sine licentiâ mariti.

Ibi, *El marido esta ausente.* Sed an sufficit abesse à loco, in quo agitur vel contractus est per *Azevedo in Recopilacionem. Tom. III.*

ficiendus, & videtur quòd sic ex text. in l. *absentem. & in l. collegarum §. 1. & in l. mulierum §. fin. ff. de verborum sig. vel scitem quòd non sit intra territorium iudicis eum compellere debentis, ad præstandam licentiam uxori, quasi cum tunc iudex eum compellere non possit sufficere extra territorium ipsius abesse, ut in proposito inquit *Avend. in declaracione ad l. 4. & 5. tit. De las excepciones. num. 43. ver. quando autem*, sic intelligens legem nostram quòd intelligo quoties esset periculum in mora si spectaretur compulsio per requisitoriam extra territorium, tunc enim sufficeret existere extra territorium, eò quòd est unus casus nostræ legis hic, ut sufficere periculum in mora, secus verò si periculum hoc deficeret, tunc enim absentiam longiorem & latiore requirerem quoad terminos nostræ legis, & absentem tunc maritum & dicerem, quoties est in longinquis & remotis partibus, neque speratur, quòd de proximo veniet, aut ignoratur ubinam terrarum degat, non enim abesse & dicitur qui propè est aut statim rediurus est, ex l. cum antiquitas, ibi, *siquidem ex brevi temporis intervallo. C. de test. & ibi notat Angel. & l. si longius §. si filius ff. de jud. l. 2. tit. 5. part. 3. l. pen. in fin. ff. de vacatione nu.* tunc enim etiam si esset extra territorium iudicis ubi actus gerendus est, non potest præstari licentia per iudicem, sed expectandus est si de proximo venturus est, neque periculum adest, vel si non est de proximo venturus, & cessat periculum, mittitur requisitoria ad iudicem ubi maritus adest ad eum compellendum præstare licentiam cum informatione causæ legitime vel necessarie & cum comminatione: quod si noluerit eam præstare, ipsemet iudex præstabit, & nocebit ei ac si personaliter eam præstaret, & sic utitur & præcatur, & in effectu in simili ita tenet & declarat *Tiraq. in l. comm. gl. 8. de son. mari n. 6. cum plur. seq. maxime n. 19.* aliter enim, ut ibi inquit *Tir.* facilius lex nostra & maritus fraudarentur. Sed est dubium optimum & novum, an sicut mariti ratihabitio sufficit pro validitate contractus ab uxore facti ut legitibus supra proximus diximus, sufficere & ratihabitio iudicis & secundum formam nostræ legis adhibita. Et videatur quòd sic, nam licentia iudicis succedit loco licentiæ mariti, ex text. nostro *ibi. La que el marido le avia de dar.* Ergo sicut maritus poterat ratificare, ita etiam poterit iudex. Item & quia quando contractus aliquis factus est sine consensu illius, qui debuit illum adhibere, sufficit si contractus factò consentiat, ut in *legib. preced.* dictum est. Nihilominus tamen in hoc contrarium videtur tenendum, ex eò quòd l. nostra non permittit licentiam & consensum iudicis sufficere post contractum præstari, prout permittitur quoad maritum per legem præcedentem, cum ergo in iudicem hoc non reperimus, standum est dispositioni juris disponentis, quòd ubi licentia alicujus requiritur ad aliquem actum, debet illa licentia præcedere actum illum, neque sufficit ratihabitio, ex text. in *l. si quis mihi bona §. i. ff. de acq. her. n. 8. Corneus, conf. 43. vol. 2. & conf. 89. vol. 4. Alex. cons. 62. col. 2. vol. 2.* Neque obstat quòd succedit iudex in locum mariti, & sic debet eodem jure censerì, nam id verum esset nisi aliud reperiremus dispositum in uno quàm in alio: item nisi esset differens ratio, prout hic ver-*

fatut, in præjudicium enim mariti vertitur rati-
ficatio contractus per uxorem ejus sine ipsius ma-
riti licentia facti, idem mirum non est si ipse rati-
ficare possit, quod tamen non est in præjudicium
judicis, idem judex ipse non potest rati ficare, sed
debet ejus licentia actum ipsum præcedere adhi-
bita causa cognitione, de qua in nostra l. & ex
ea clarissime colligitur, cum prius disponat cau-
sæ cognitionem præcedere debere, ut possit ju-
dex licentiam præbere, & sic supponitur contra-
ctam non esse factum, sed faciendum, & quia
aliter de facto procederet, ex dictis per Mar.
Soc. Jan. conf. 3. 2. vers. quantum enim ad. l. lib. 1.
& sic limitata potestatem limitatum producit effe-
ctum, & ita teneo hanc secundam opinionem.
Ex l. itidem nostra colliges ampliationem ¶ ad l.
4. sup. eod. ut idem, quod ibi disponitur quoties
maritus absque causa recusat præbere licentiam
uxori ad contrahendum, sit dicendum quoties
est absens neque speratur de proximo venire, vel
est periculum in mora, absens enim & præsens
non consentiens, equiparantur, ¶ prout ex istis
duab. legib. probatur, & tenet Bal. in l. fin. §.
necessitate. col. 1. C. de bonis fidei liberis: absentiq; non
videtur consentire, sed contradicere ¶ potius, se-
cundum Bal. in l. Si quis col. fin. vers. dubitatur. 3.
de testib. & sicut ipse præsens esset maritus, & tunc
causa renuerit præbere licentiam uxori ad con-
trahendum, judex præbet eam, ex dict. l. 4. su-
pra eod. sic & ex l. nostra si absens est neque spera-
tur de proximo, vel est periculum in mora cum
causa cognitione judex præbet eam ex lege nostra.
Ibi No se sperare de proximo venire. Si ergo spe-
retur, non haberet locum text. noster, sed quo
tempore esset sperandus, judex ipse arbitrabitur
¶ & diffinit secundum Cast. hic super his ver-
bis, ex quo à jure non est tempus desinitum, ut in
l. ff. de jur. deli. & alius jur. ab eo alleg. & judex id
arbitrabitur ex distantia loci ubi maritus adest, &
ex negociorum perfectione finiendorum per ma-
ritum in loco ubi absens extabat; imò & tunc ad
præstandam licentiam hanc prius est ipse ma-
ritus requirendus, si scitur ubi exiit & non est in
longinquis partibus, neque adest periculum in
mora; quod si requisitus noluit venire, neque li-
centiam dare, tunc judex eam dabit, ut per
Castillo hic super istis verbis, & n. 4. & hoc nisi
periculum esset in mora, nam tunc non esset
sperandus, neque requirendus, sed judex causâ
cognitâ licentiam præstabit, prout ex text. nos-
tro probatur. Ibi, O corre peligro la tardancia prout
voluit Suarez rit. De las dendas. 7. limitatione fol.
49. in antiquis, & idem esset si nesciretur ubi
maritus existeret, neque de proximo expectaba-
tur, tunc enim idem esset ut judex eo non per-
quisito neque spectato, præstet dictam licentiam
cum dicta causâ cognitione, prout in primis
verbis nostri text. disponitur, quæ quidem verba
& dispositionem ampliabit, ut procedat etiam
quando maritus est in longinquis partibus, tunc
enim quia adventus ejus de proximo non specta-
tur, non debet perquiri neque spectari, prout
in principio hujus legis diximus, sicut & in de-
fensore ponendo bonis ¶ absentis in partibus
longinquis, tradit & tenet glos. in l. 12. tit. 2.
part. 3. ad limitationem doctrinæ Bald. in rub.
C. de juref. ed. dicentis quod si scitur ubi adest
dominus bonorum, citandus est, neque est po-

nendus defensor, nam istud verum est, nisi ab-
sit in partibus remotis ut in Indis, tunc enim non
est necesse eum citare, neque spectare, secundum
glos. illam dict. l. 12. & faciunt dicta per Tira-
quel. in ll. commibalis. de son mayr. glos. 8. n. 17.
cum pluribus ante & post: ita quod ex text. nostro
& ex dictis casus tres colliges, ubi maritus non
est requirendus neque spectandus, primus quan-
do est absens & nescitur ubi sit, neque de proxi-
mo spectatur, secundus ubi adest periculum in
mora, tertius ubi in longinquis partibus mora-
tur, tunc enim in quolibet horum casuum
judex ipse licentiam præstabit adhibita causâ co-
gnitione.
Ibi, Conocimiento de causa. Adhibita plenâ pro-
batione absentie mariti & quod non speratur de
proximo venire, vel est in longinquis partibus,
vel periculum est in mora & de causa necessaria
legitima vel utili, ad contrahendum, probatio
enim debet esse plena ¶ etiam si causa sit summa-
ria secundum Bald. in l. 1. colu. 1. in fin. vers. si
quando, C. ut possessio leg. Castillo hic n. 9. nisi
de re levi agatur, ut ibi per eum, Et quæ regu-
lariter vertatur in causâ cognitione, vide per
Maria. Socin. Jun. conf. 32. incip. ex his verbis.
Quantum enim ad primum lib. 1. & Menoch. de
arbitrariis jud. questione 19. per totam: & an in
causâ cognitione partes ¶ citandæ sint vel ¶
sentes esse, vide text. in l. neque in causa. la. 1. §.
causa. & ibi Bart. ff. de minoribus: & in l. de arate
colu. 3. vers. item quæro eo. tit. idem Bart. in l.
prolatam vers. juxta prædicta colu. 2. in l. ex
stipulatione; & in l. cum judex col. 1. in fine ver-
se. Item ex hac lege patet, Cod. de sententiis & in-
ter. & Alex. in l. qui Romæ. §. Augerius in fin. ff. de
verb. oblig. Felin. in c. cum venerabilis colu. 1. de
exceptionibus, Bald. in l. peremptorias colu. 1. vers.
quæro si judex. C. sententiam rescindit non posse. Bart. in
l. finita. §. Julianus colu. 4. ff. de damno infecto.
Quodam propositu tamē nostri text. mariti citatio ¶
& requisitio non requiritur quoties maritus adest
in longinquis partibus, vel est periculum in mora,
secus verò aliâs, ut in hac lege dictum remanet,
quidquid indistinctè vel non citandum, Ma-
tiengo hic gloss. 4. numer. 2. pars verò cum qua
contractus est celebrandus nullo modo requiritur
quod citetur.
Ibi, Legitima o necessaria, & quæ tales sint, &
quomodo exemplificari hæc verba possint: vide
per Castillum hic verb. legitima & verbo necessa-
ria & in l. 4. supra eo, tit. aliqui diximus.
Ibi, O provechosa. Sed nonne contractum uti-
lem mulieri supra in l. 1. & 2. hujus tituli dictum
est, per mulierem ipsam posse fieri absque licen-
tia mariti, & in illa l. 1. probatur dum ibi adiri hæ-
reditatem sine licentia mariti cum beneficio in-
ventarii, probatur; quæ ergo hæc licentia judi-
cis in absentia mariti requiritur, vel judicis etiam
si sit utilis contractus mulieri. Et est singularis
hæc ratio dubitandi, ¶ idem dicendum est, legem
nostram loqui in absentia mariti extra locum ubi
contrahendum est, neque spectatur de proximo ejus
adventus; secus verò si præsens est in loco isto, &
ita loquitur dicta lex prima supra eod. Vel dicen-
dum est legem nostram limitari & declarari ex d.
l. 1. scilicet ubi notorium est contractum non pos-
se esse damnosum mulieri, sed utilem potius &
ejus marito, prout est in additione hæreditatis

cum beneficio inventarii, tunc sine maritus sit
præsens in loco, siue absens, poterit uxore sine ejus
licentia vel judicis contrahere & valebit contra-
ctus, secus verò si non sit notorium, tunc enim
si maritus est in loco, quantumvis non consentiat,
valebit si utilis est, ut dixi, sed si est absens non,
eò quod absente eò facilius quilibet uxorem de-
cipiet, quàm si præsens esset in loco ubi contra-
ctus geritur, & quia facilius deveniet in notitiam
mariti præsentis quàm absentis, & sic vel contra-
ctum ratificabit vel contradicet, & sic declarantur
leges istæ, una per aliam. Ex quibus displicent
dicta per Castillo hic verb. provechosa dum indistinctè
dicit sine maritus sit in populo præsens si-
vè non, posse mulierem sine ejus vel judicis licen-
tia contrahere, nam est contra nostrum text. ma-
ritum spectandum indistinctè probantem si de
proximo venire speratur, vel sin minus cum li-
centia judicis adhibita utilitatis causæ cognitione.
Ibi, Pueda. Necessitatem hic importat sicut &
importate dixi in l. 4. supra eo, glos. fin. intelligen-
da tamen est dispositio nostri text. de habilitate,
restringendo eam, scilicet, ut procedat & loqua-
tur quod judex possit licentiam hanc præbere in
casibus in quibus aliâs potest de jure licentiam
& autoritatem præstare, secus verò aliâs, ut in
adoptione, in ea enim quia judex non potest li-
centiam & autoritatem ei præstare, non poterit
mulieri huic ad adoptandum præstare, secundum
quod dixi in leg. 2. supra eod. in gloss. mag. 13. am-
pliatione. Item & intellige in contractibus illis
ubi maritus licentiam præbere poterit, secus ve-
rò aliâs, & ita probatur ex textu nostro, ibi, La
que el marido lo oviera de dar, ergo si maritus eam
dare non poterat neque judex in mariti locum
subrogatus, secundum quod diximus in l. 3. au-
4. supra eod. sed dubitabile est quomodo, cum
mulier hæc secundum legem 2. supra eo. non potest
in judicio adesse sine licentia mariti, neque per
procuratorem suum poterit ad præstandum cau-
sæ cognitionem, de qua hic comparere in judi-
cio, & dic quod eò quoad preparatoria ad li-
centiam ¶ consequendam optimè adesse potest,
secundum quod in ea lege diximus & tenet Cas-
tillo l. 55. Tauri. num. 39.

IN LEGEM SEPTIMAM
quæ erat 59. Tauri.

Pro qualibet fidejussione mariti ex quacunque causa
facta uxor ejus & bona ipsius uxoris non sunt
obligata: differreque lex hæc a lege 9. infra eodem,
quia hæc 9. loquitur cum mulier tanquam fidejuf-
sor mariti obligatur, lex verò nostra quando non
obligatur pro eo, sed maritus ipse se obligat solus
pro se vel tanquam fidejussor pro alio.

SUMMARIUM.

1. Dictione universalis, qualiter, omnia includit & nihil excludit.
2. Bona filiorum & uxoris illius, qui est primipilarius, sunt obligata pro administratione officii hujus, ubi & num. 3. declaratur novissime.
4. Officium primipilarii quod sit.
5. Speciale est ut pro marito primipilario sint obligata bona uxoris, secus pro alio tributo etiam Azavedo in Recopilationem, Tom. III.

regio. & 6. nisi uxor ipsa aliud professetur ut
ibi num. 7.

8. Bona mulieris nubilem cum viduo tutore filiorum
primi matrimonii sunt obligata pro tutela.
9. Pronomen suus sua suum, denotat dominium.
10. Mulieri acquiritur dominium bonorum lucrato-
rum constante matrimonio, & possessio.
11. Medietas lucrorum uxori pertinet an sit obli-
gata pro fidejussione mariti, & 12.
13. Fidejuberem non potest pro alio ille, qui habet libe-
ram administrationem ad alienandum.

Ibi Ten qualquier manera opor qualquier raõn,
Ex universalitate hujus dictionis qualquier,
præsertim geminativè posita, quæ quidem gemi-
natio quàm plura specialia operatur, ut per Eve-
rar. a geminatione. & per DD. in l. Balista. ff. ad
Treb. ut universalis hæc dicitio nihil excludit, ¶
ut per Covar. in pract. c. 25. num. 3. & per Me-
siam in pragmatica tasse panis super textibus.
vers. qualquier. fol. 131. inferri potest ad limita-
tionem text. in l. satis notum Cod. in quibus causis:
pign. vel hipot. tacite contrahatur, probantis bona
uxoris mariti primipilarii tacite esse obligata ¶
pro male gestis per maritum in officio illo primip-
ilarii, ad ampliationem l. 4. Cod. de primipilo. lib.
12. probantem bona filiorum hoc in casu esse
obligata, inferri inquam potest, ut hæc procedere
possint quoties ipsemet maritus exercet officium
illud primipilarii, tunc enim pro male gestis sunt
obligata bona filiorum ejus, imò & ejus uxoris, per
text. in d. l. satis notum, & glos. fin. in l. 2. tit.
13. p. 5. pro limitatione illius l. 25. secus verò es-
set si maritus ipse non esset, qui officium exer-
ceret sed alius tertius, cujus quidem tertii
esset maritus fidejussor, tunc enim nullo modo
bona mulieris erunt obligata ¶ ex text. nostro &
ejus generali dispositione, ex universalitate &
geminatione illarum dictionum qualquier, quæ
est mea & nova consideratio & veraque quæ sit
officium ¶ primipilarii, tradit Ang. in d. l. satis no-
tum, & Alex. in l. à Divo Pio. §. in venditione,
num. 27. col. 8. ff. de re jud. optima. l. 16. tit. 9.
part. 2. & l. 11. tit. 18. p. 4. glos. fin. d. l. 25. &
Abb. cap. pen. extra de cons. & ibi glos. antep. &
dispositum in d. l. satis notum. speciale est ¶ in
primipilo ut ad dotem uxoris ejus deveniantur,
secundum Bart. in l. 1. n. 24. ff. solut. mar. Nam
pro tributo etiam regio solvendo vel percipiendo
non sunt obligata bona mulieris nuptæ ¶ pro ma-
rito, secund. text. in l. 25. tit. 13. part. 5. & l. 8.
infra proxima, nisi in hoc loco ubi servari proba-
retur l. 201. filii. probantem quod si maritus est
administrator honorum alicujus seu arendator
vel collector vectigalium, bona uxoris sue erunt
obligata, quemadmodum bona mariti, nisi uxor
ipsa à principio fuerit protectata se nolle lucrum
¶ neque damnum ex talibus proventurum, quod
& dicere Dominos de Rota asserit Castillo. l. 60.
Taur. col. 2. secus verò ubi non usitatur illa lex
201. filii, ut in l. sequenti dicemus iterum: Est
tamen verum quod vir habens filios primi ma-
trimonii si dum tutor eorum est, nubat secundò,
bona secundæ uxoris sunt obligata ¶ pro tutela
illa, secundum text. & ibi Bart. in l. si inter. ff. in
quibus causis pign. vel hip. tacite contrah. l. 26. tit.
13. part. 5.

ibi, *Ni fas bives*, nota illam dictionem, latine suus sua suum, que quidem jure dominium * denotat, secundum gloss. 1. *quo jure* 8. *distin.* quam sequitur Bart. in l. 1. ff. *de statu hom.* Corsetus *ling. verb. meus*, Abb. *cap. 1. num. 2. de postulatione pral.* & dominum habet mulier in bonis constante matrimonio acquisitis, eo ipso quod acquiritur per maritum, & ipso jure in eam dominium transferretur, imò & etiam possessio, ut tenent omnes nostri Hispani relati per Aven. *respon. 2. o. n. 1. & Cov. lib. 3. variar. c. 19. n. 20. Baeza de decima tutor cap. 31. n. 5. & de non meliorandis filiabus cap. 1. n. 106. & Ant. Gom. l. 60. Taur. n. 1. & l. 77. n. 2. & rom. 2. c. 5. n. 3. in fin. & Tel. in l. 1. 6. Taur. n. 1. & gloss. mag. *versio mibi versio l. 55. tit. 5. p. 5.* licet secundum eos non possit ante mortem mariti aliquid petere de bonis iis lucratis constante matrimonio, ut suo loco dicam. Si ergo hæc sunt prout sunt & vera, manifestè colligitur ex text. nostro, quòd si maritus fidejubeat pro aliquo, etiam constante matrimonio, nullo modo pro illa fidejussione erit obligata medietas lucrorum constante illo acquisitionum uxori pertinens, neque ex hac medietate f. erit solvenda fidejussio hæc, que est maxima doctrina si vera esset, & haberemus text. pro ea. Et pro hac opinione etiam facit ultra nostrum text. sic consideratum, facit inquam, quia fidejubeat est perdere & fidejubendo dicitur maritum ad inopiam f. pervenire, secundum Pal. Rub. in *repe. c. conel. 1. §. 18. incip. ex quibus omnibus n. 9. cum seq. fol. 66. in magnis.* Item quia secundum Cov. lib. 3. *variar. c. 19. n. 2. in fin.* solum causa necessitatis consideratur a lege permitte bona lucrata constante matrimonio alienari per maritum, ergo cessante necessitate cessat permissio, fidejussio tamen non solum non est necessaria, verum omnibus modis excusanda, ut *Proverb. 16.* ergo. Item quia si perspicue consideretur l. 5. *tit. de la ganancia, infra isto lib.* permittens marito alienare dicta bona lucrata, in contractu ultro citroque obligatorio loquitur, ut in venditione, locatione, permutatione, prout verbum, *contraer*, videtur denotare, sed in fidejussione cessat hæc obligatio, igitur cessat permissio: item & quia quantumvis quis habeat liberam administrationem ad alienandum, non tamen potest fidejubeat, secundum Alex. l. si *constante in princ. mem. 14. ff. solut. mat.* & Pal. Rub. ubi *sup.* igitur fidejubendo non tenebitur mulier pro medietate sua lucrorum constante matrimonio, prout voluit Pal. Rub. ubi *sup.* & Mont. in l. 5. *tit. 1. §. 3. fori. Il. gl. 1. in princ.* Et post hæc multò vidi pro ratione dubitandi nostre legis & decidendi, hanc attulisse differentiam Matienzo, hic *gloss. una*, & nihil determinat, sed reliquit agitantem. Verum enim verò, & ego teneo maritum fidejubendo præjudicare uxori in lucratis constante matrimonio, eò quòd uxori dominium, quod in eis acquirit, acquirit revocabiliter constante matrimonio per alienationem quamlibet mariti, non verò irrevocabiliter, & sic licet quilibet alià alienatione quæ sita hæc, & lucra alienare potest, sic & fidejubendo, & ita practica communi indubitanter obventum videmus: & teneo etiam hanc non fuisse rationem decidendi nostri text. nec dubitandi, sed eam verò fuisse & esse, scilicet, quod debita contracta ratione societatis simpliciter*

contracta & eà durante & damna solvenda sunt ex bonis sociorum, ut in §. *illud, Insti. de societate. l. 3. in fine, cum l. 7. tit. 10. par. 5.* & nè sic intellexeremus esse circa bona mulieris, disponit lex nostra ut pro nulla mariti fidejussione bona sua sint obligata, que verò & irrevocabiliter sua sunt, non verò ea que revocabiliter sua sunt & est in potestate mariti ea alienare, prout sunt d. *lucra*, & hæc videtur ratio dubitandi & decidendi melior ad nostram legem, ut de superfluitate non arguatur, prout Matienzo hic eam redarguere volebat.

IN LEGEM OCTAVAM.

Mulier pro fidejussione, debitique mariti etiam regi, vel ejus filio debitis incarcerari non potest.

SUMMARIUM.

- 3 Uxor pro mariti debito vel delicto non tenetur neque capi potest, & 2.
- 3 Statuto an fieri possit quem pro delicto alterius puniri.
- 4 Bona mulieris neque persona non sunt obligata pro debitis mariti etiam procedentibus a tribuitis Regiis quantumvis protestationem ipsa non fecerit.

Ibi, *no sea presa* Uxor enim pro marito f. non tenetur, ut per totum Cod. *ne uxor pro marito & lres uxoris. Cod. de donatio. inter vir. & ux.* addèd ut & propter mariti delictum persona & bona uxoris non perdantur, ex l. 76. *Tauri. que est 2. o. tit. 9. infra isto lib.* ubi dicemus quòd neque propter patris delictum peculium adventitium filii confiscatur, quod adeò verum est quòd etiam si debitor regi debeatur, adhuc f. uxor non potest capi propter maritum, ex text. nostro, & ex l. 25. *tit. 13. par. 5.* & an statuto fieri possit quem ob alterius f. delictum puniri, vide optime Bart. *relatum per Alex. in l. sape n. 13. ff. de re jud. & Cov. lib. 2. variar. c. 8. num. 7.*

Ibi, *Aunque las deudas sean nuestras*, etiam si mulier ipsa antequam maritus suus conduxerit bona regia, non protestaverit se nolle teneri & renuntiaverit f. lactis, adhuc tunc non tenebitur ipsa, nec capi poterit in correctione. l. 20. *1. Scili.* de qua in l. *supra proxima* diximus, & dictorum, per Cifuent. l. 61. *Taur.* & Pal. Rub. in *rub. §. 66. col. 1. & Mont. l. 14. gloss. 2. tit. 10. lib. 3. fori.* & idem Pal. Rub. in *ead. rub. §. 47. num. 13 & Cast. l. 60. Taur. col. 2.* requirerent mulierem teneri dictam protestationem facere, ut non teneatur pro conductione bonorum regalium a marito suo facta, non est enim necessaria, quoad bona, neque quoad agitantem ex l. *nostra juncta supra proxima*, ubi dixi nisi in locis ubi aliter de consuetudine haberetur introducta. d. l. 20. *1. Scili.* & an pro debitis propriis mulier possit incarcerari f. dicemus. *l. fin. infra isto tit. & lib. & quantum* Matienzo hic dubius sit circa hanc & supra proxima & finale *infra isto tit.* quasi superfluo tot leges apposite faciunt, cum per dictam l. *final.* generaliter disponatur mulierem pro debitis capi non posse, quasi illud pro dispositione legis nostre sufficeret: item ex l. *precedente* non tenetur pro debitis mariti, & sic superfluum legem non

stram Matienzo hic reddit. Nihilominus nulla datur superfluitas, quia lex precedens solum providit quoad bona mulieris, lex verò nostra quoad personam, & d. l. *fin.* loquitur quoad propria debita per ipsam contracta mulierem, lex verò nostra quoad debita mariti, item pro debitis ipsius mulieris ex delicto descendentes vel si ex persona sua fit mala, incarcerari ipsa mulier potest, pro debitis verò mariti etiam si ex delicto mariti descendat, ipsius uxor non incarcerabitur, ex text. nostro, igitur nihil superfluitatis lex nostra continet sic considerando. Et ratio dubitandi ad l. *nostram* decerpi potest eò quòd maritus & uxor sunt duo in carne una, juxta illud *Genes. 1.* & mulier particeps lucrorum acquisitionum constante matrimonio, & itidem adverse fortunæ marito evenientis, & sic dubitari poterat an & ipsa pro marito incarcerari posset, idèd lex nostra disposuit quod non, neque uxor pro marito teneatur, & delictum vel debitum unius alter solvat, anima enim que peccaverit ipsa morietur, ex dictis per Covar. *d. cap. 8. num. 1.* & sic lex nostra justè & bene disposuit.

IN LEGEM NONAM.

que erat 61. Tauri.

Mulier pro marito fidejubeat non potest etiam si allegetur contractum in suam versus utilitatem: sed si infirmum cum marito ut principalis sese obligaverit in uno vel diversis contractibus, non remanet cum effectu obligata, nisi in suam veritatem utilitatem, tunc enim pro rata utilitatis tenebitur mulier, dum tamen utilitas non consistat in cibis, vestibus & aliis necessariis uxori ipsi per maritum prestandis, in his enim non tenebitur mulier: hæc tamen omnia cessant, ne si fidejussio vel obligatio mulieris sit facta pro redituibus & tributis regis, tunc enim indistinctè tenebitur: que quidem lex ut melius & clarius percipiatur ejus intentus, per conclusiones eam declarabimus, quarum conclusionum sit.

SUMMARIUM.

- 1 Conclusiones quatuor ex lege nostra collecta circa obligationem uxoris cum marito, in numeris 2. 3. & 4. describuntur, antequam glossellulas apponamus.
- Queliber dispositio futura, non verò prescripta respicit, ibid.
- Mulier in conscientia potest se exceptione Velleiani tueri, nisi in casibus ubi mulier non juratur Velleiano, ibid.
- Mulier heretica denegatur beneficium Velleiani.
- Mulier ut uti non possit beneficio Velleiani, instrumento tribus beneficiis subscripto obliganda est.
- Mulier etiam pro marito fidejubens non tenetur, etiamsi in utilitatem mulieris convertatur, dum tamen sit de iis que maritus prestare tenetur, 8.
- Mulier fidejubens pro marito quantumvis renuntiet Velleiano, nisi renuntiet & legi nostre & juret, nihil sit.
- Intellectus ad l. non dubium, Cod. de legibus.
- Mulier pro tertio aliquo se obligans non renuntiando Velleiano, non obligatur nisi juret, &

- num. 12. & 13. constituitur differentia an mulier fidejubeat pro marito, vel pro aliquo alio, & num. 14. an requiratur maritus tempore dotis constituta & restitutionis bona habere ut uxor ejus remaneat obligata.
- Uxor si est minor, non solum debet jurare contractum factum infirmum cum marito, verum illum jurare ita ut nec ex vi restitutionis, nec ex alia quacunque causa contra illam veniet, & 16.
- Mulier in causa fundi dotalis potest pro marito fidejubeat.
- Mulierem contrahentem cum viro non convincit confessio ejus quoad ad suam utilitatem provenit nisi probetur.
- Auth. si qua mulier C. ad Velleia, in omni contractu intelligitur, & in omni se obligandi modo pro marito, ut ibi.
- Verbum, manentium, id est manu communi.
- Uxor consentiens alienationi rei dotalis soluto matrimonio potest illam petere, nisi pro dote filia communis fiat talis alienatio, & n. 2. asserimus ex hoc cessare communem opinionem Baldi Novelli contrariam, nisi in locis ubi lucra non communicantur ut Corduba, & n. 2. 3.
- Mulierem cum marito obligari cujus effectus sit.
- Corduba & similibus locis, ubi non adjuvat lucralia, mulier obligari se infirmum cum marito potest repetere id quod solvit ex bonis mariti soluto matrimonio.
- Lex 53. Tauri, quoad loca ubi lucra communicantur inter maritum & uxorem locum habet, non verò in aliis, nisi ut num. 2. 6.
- Mulier si pro dote & libertate fidejubeat, non juratur Velleiano, & n. 28. idem si pro utilitate sua vel redituibus regis se obligat cum marito.
- Contractum esse in utilitatem mulieris qualiter probabitur.
- Mulier vel civitati mutuum qualiter succurratur ut possit mutuum recuperare.
- Maritus si accepit mutuum tempore quo illud solvendo non erat, & illud convertit in alendo uxorem & filios, potest ab uxore & filiis recuperari.
- Necessitas famis efficit ut & rei dotalis pro alimentis vendi possit.
- Uxor tenetur alere maritum ipopem.
- Alimenta cui debentur, debentur & habitatio domus.
- Mutuum vel vendens mulieri nupte an debeat esse sollicitus quoad pecunia vertatur in ejus utilitatem: ubi an id in omnibus contractibus procedat.
- Probare quis tenebitur contractum vel non versum esse in utilitatem mulieris.
- Vir & mulier cum vendunt an presumatur equaliter eos pecunia potiri.
- Maritus tenetur uxorem infirmam curare & medicum adhibere, nec potest repetere expensum in hoc, prodiq; lucram ab status delatum si eam curare negligat, ut ibi, & n. 39. ubi & delatum testamentum uxoris prodit.
- Mulier an possit vendere rem suam.

Prima conclusio, quòd deinceps mulier pro marito fidejubeat non possit, etiam si dicatur & allegetur debitum tale in ipsius mulieris utilitatem versus esse.